

medici) æternam veneror; utinam ita redegisset data uti tu solus!

Si preces meæ apud te valeant, unice efflagito ut edas *Classes* tuas *Morborum* romanâ veste indutas *! Certè si feceris, non mihi soli, non Academiis nostris Sueciis, sed toti orbi te obstrictum et venerandum imò et æternum facies. Tu inter medicos solus es systematicus; tu glaciem fregisti solus, tu viam detexisti. Quòd si verò hæc non feceris quid de te dicam? ægrè tùm ne feras si alius hoc in se suspiciat; et si quidem malè susceperet, salus communis publici anteferenda est et fama tua, te invito, propagabitur.

Breve istud tempus, quod Parisiis consumpsi, jussit vacua erumena; pauperrimus enim natus sum, et fui semper. Redux in patriam, nec mitiora illuxerê astra antè initium anni 1739 præterlapsi. Nescio quo bono fato ægrorum turba me oppugnabat; praxis mihi contigit in regiâ hæc sede, in quâ vivo, Stockholmiâ, inter medicos patriæ certè vastissima. Medicus dein Primarius

* Le 28 mars 1758 il écrivait à B. de Jussieu : « *Litteras et libros quas, Vir illustris, ad me misisti cum Entio ut et Delacroixii Systema morborum per D. Royenum rite accepi, pro omnibus devotâ mente grates reddo maximas.....* (II^e Lett., Act. cit., p. 184.) »